
This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<http://books.google.com>





A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

- + *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.
- + *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.
- + *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.
- + *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse <http://books.google.com>





UNIVERSITEITS



9000012713

**LES AVANTAGES
DE L'INOCULATION,
ET
LA MEILLEURE METHODE
DE L'ADMINISTRER.**

Ouvrage traduit de la Dissertation Latine couronné
par l'Académie Royale des Sciences, Inscriptions
& Belles-Lettres de Toulouse;

ET COMPOSÉE

Par Mr. P. CAMPER, Docteur en Médecine, Professeur
d'Anatomie, de Chirurgie & de Médecine, dans
l'Université de Groningue, des Académies de Paris,
de Londres, de Harlem, &c.

On y a ajouté le Texte de l'Auteur, & deux Planches en Taille-
douce, qui représentent au naturel les plaies de l'Inoculation,
tant régulière qu'irrégulière, &c.



A TOULOUSE;

Chez la Veuve J. P. ROBERT, Me. ès Arts, Imprimeur
de l'Académie des Sciences, rue Ste. Urfule.

Avec Approbation & Permission.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

GEORGE W. BROWN LIBRARY
1100 EAST 58TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637

Acquired from the
George W. Brown Library
1100 East 58th Street
Chicago, Illinois 60637
Date of purchase
1968
Price paid
\$100.00
Source of funds
George W. Brown Library
1100 East 58th Street
Chicago, Illinois 60637



AVERTISSEMENT.

L'ORIGINAL de ce Mémoire n'a pas été plutôt couronné par l'Académie, qu'on l'a publié en Hollande, où il a eu le plus grand cours. On ne peut gueres douter de la sensation qu'il doit faire en France: Mr. Camper, déjà connu par des Ouvrages également profonds & piquans, a fait une étude suivie de cette importante matiere, & sa pratique ne s'est jamais trouvée en défaut. La publication de son Mémoire, & les Planches gravées sur les desseins de l'Auteur lui-même, ne peuvent donc que paroître utiles aux jeunes Inoculateurs, & à toutes les Personnes qui ont des Inoculés sous leurs yeux.



NOBILISSIMIS, AC CELEBERRIMIS
 ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM
 TOLOSANÆ,
 PRÆSIDI AC SOCIIS,
 S. P. D. HUIUS DISSERTATIONIS AUTOR.

PROBLEMA, cujus solutionem ante finem Jan. 1772 desiderâstis, ita sonat: *Déterminer les avantages & la meilleure méthode d'inoculer la Petite-Vérole*; id est: determinare emolumenta & optimam methodum insitionis variolarum. Comprehendit igitur primò emolumenta omnia, seu commoda variolarum arte acquisitarum; secundò optimam administrandi methodum. In duas idcirco sectiones hanc dissertationem dividam, & breviter singula pertractabo: ita tamen, ut quæ experientiâ didicerim, enucleatiùs explicem. Academia enim vestra non potuit colligisse collectionem, seu compilationem, observationum Clarissimorum Virorum super hâc re; sed certocertiùs quæsit, ut speciatim illa emolumenta, quæ præ naturalibus insitiæ variolæ habent, dilucidè ob oculos ponerentur. Expectat igitur explicationes symptomatum utriusque tam naturalis quàm artificialis morbi; ut ex hâc comparatione elucescat, utrùm, & quænam emolumenta variolæ artificiales habeant præ naturalibus. Non desideratis proinde, Viri illustrissimi, ut denuò ex variis mortalitatum indicibus colligatur summa mortuorum ex utrâque causâ. Hæc



A

L'ACADÉMIE ROYALE DES SCIENCES
DE TOULOUSE.

MESSIEURS;

Le Problème, dont vous demandez la solution avant la fin de Janvier 1772, renferme deux questions, puisqu'il s'y agit, 1°. *De déterminer tous les avantages de la Petite-Vérole artificielle sur la Petite-Vérole naturelle ; & 2°. d'indiquer la meilleure méthode de procurer artificiellement la Petite-Vérole ;* ainsi je partagerai ce Mémoire en deux Parties, que je traiterai avec le plus de précision qu'il me fera possible, en observant cependant de donner plus d'étendue à ce que j'aurai appris par ma propre expérience. Je m'imagine que le but de l'Académie n'est pas d'avoir une compilation de tous les faits observés par quantité d'Hommes célèbres qui se sont occupés de l'Inoculation ; mais de connoître plus particulièrement, & de voir dans un plus grand jour, jusqu'à quel point l'art est dans cette partie au-dessus de la nature. Vous vous attendez par conséquent à une description exacte & circonstanciée des symptômes qui accompagnent cette maladie dans les deux cas, de manière qu'il soit facile d'en faire la comparaison, & de prononcer ensuite sur la réalité & la nature des avantages de la Petite-Vérole artificielle sur la Petite-Vérole ordinaire. Il n'est donc pas nécessaire de compulsier, comme on l'a déjà fait, les Registres publics, pour y voir la totalité de ceux qui sont morts de l'une & de l'autre de ces maladies. Cette opération répétée mille fois, a porté la chose au dernier degré d'évidence ; & ce seroit fermer les yeux aux rayons du jour, que de ne pas reconnoître combien il

toties, ad summam usque evidentiam, fuere expo-
 sita, atque millies reperita, ut nisi quis luce meridianâ
 cæcutire vellet, à nemine in dubium vocari possint;
 scilicet rarissimè aliquem mori ex insitione. Leuth-
 nerus quippe, in Præfatione, quam Germanicæ Edi-
 tioni Dimsdalii adjecit, demonstravit ex 107, 624
 qui insitionem passi fuere, 23 decessisse: id est, ex
 4, 679 unum, fatum subiisse; cùm sæpissimè fatales
 sunt Variolæ naturales. In universum enim ex qua-
 tuor, unus perit, vel ex tredecim, duo. Igitur
 mortui fuissent 16, 556: insitione proinde servati
 sunt 16, 533 Homines.

Hæc emolumenta vitam spectant; eaque, ut Cl.
 Tissoti verbis utar, ulteriori demonstratione non
 indigent. Illa verò quæ symptomata spectant, non-
 dum, nisi me omnia fallant, manifestè exposita
 sunt: ea proindè ex industriâ pertractabo.

Methodus administrandi Insitionem diversimodè
 considerata fuit. Aliqui enim apto regimine & reme-
 diis ægri futuri corpus præparare voluere, ut com-
 modius morbi decursum obiret: alii hanc fucatam
 præparationem non modò neglexerunt, sed tamquam
 inutilem ac abominabilem prorsùs rejecerunt. Aliqui
 ætatem, sexum, & anni tempora respexerunt; quæ
 omnia iterùm ab aliis levidensia & vix alicujus mo-
 menti fuere habita. Aliqui, nonnisi sanis & boni habi-
 tûs, Insitionem commendârunt; cùm permulti è
 contrario nullum morbum excipiunt, dummodò ex
 febre, dysfenteriâ, vel simili morbo non decumbant.

Requiritis, meo judicio, optimam methodum,
 non contagium communicandi, seu Chirurgiam; sed
 processum integrum, & administrationem medicam.
 De quâ uberiùs agam, quia maximè interest, utrùm
 præparatio necessaria sit, & quænam: ut & qualia

est rare que l'on meure de l'Inoculation de la Petite-Vérole. Leuthner, dans la Préface qu'il a ajoutée à l'Édition Allemande de Dimisdale, a démontré que, de 107 mille 624 Inoculés, il n'en étoit mort que 23, c'est-à-dire, un seul sur 4, 679. Or la Petite-Vérole naturelle, faisant périr quelquefois un malade sur quatre, & au moins deux sur treize; il s'ensuit que sur 107,624 Malades, elle en auroit enlevé 16, 556, au lieu de 23: voilà par conséquent 16, 533 Personnes sauvées par l'Inoculation.

Il n'est personne dont la vie ne soit intéressée à un avantage aussi réel; & , comme le dit fort bien Mr. Tissot, il n'est besoin pour cela d'aucune démonstration ultérieure. Mais une chose qui, si je ne me trompe, n'a pas encore été assez clairement détaillée, c'est l'exposition des symptômes: aussi en ferai-je un objet particulier de mes observations.

On a diversement envisagé la méthode d'inoculer la Petite-Vérole. Quelques-uns ont prétendu qu'il falloit préparer, par un régime convenable, & par des remèdes appropriés, le corps destiné à recevoir la maladie, afin de le mettre en état d'en parcourir tous les temps de la manière la plus avantageuse. D'autres ont négligé cette prétendue préparation, & l'ont reléguée dans la classe des précautions inutiles. Les uns veulent qu'on ait égard à l'âge, au sexe de la personne, & à la saison de l'année; les autres soutiennent qu'on ne doit y faire absolument aucune attention. Enfin, quelques Médecins ne veulent communiquer le virus qu'à des sujets sains & bien constitués; tandis que d'autres administrent l'Inoculation à toutes personnes indifféremment, pourvû qu'elles n'aient ni fièvre, ni dysenterie, ni maladie de ce genre.

En demandant quelle est la meilleure méthode d'inoculer, vous ne vous bornez pas, sans doute, à l'opération manuelle & momentanée: vous demandez des éclaircissemens sur l'administration entière du traitement médical. C'est sur quoi je m'étendrai davantage; parce qu'il est aussi intéressant de connoître si la préparation en fait une partie nécessaire, & en quoi elle doit consister.

remedia requirantur. Chirurgiam tamen non negligam, simplicissimam verò proponam.

Si his lucubrationibus suffragia vestra meruero ; gaudebo : sin minùs ; hoc contentus ero , me in commune commodum hanc dissertationem composuisse.



SECTION PRIMA.

DE EMOLUMENTIS INSITIONIS *Variolarum.*

S. I. **V**ARIOLÆ quoniam semper ed sunt periculosiores quò numero plures ; bifariam eas , unanimi consensu , diviserunt Medici , in confluentes , ac discretas ; has benignas , illas fatales judicantes. Etiam ad pustularum varias condiciones attenderunt ; habueruntque optimas , quæ magnæ , pus album formabant , pravas verò , quæ parvæ , ichorosæ , chrySTALLINÆ , gangrænosaque erant ; præsertim , si eas simul petechiæ concomitarentur , gangrænæ quippe has , & certa mors insequuntur ; atque maculæ lividæ post mortem corpus omne deturpant.

Nequidem conjecturâ hucusque assequi potui , unde nam accidat , ut variolosum virus petechias febremque putridissimam toties provocet , quia virus ipsum differt , & à febre Variolosâ diversissimum est. Accidit tamen , proh dolor ! ut sæpius à naturalibus Variolis accendatur petechialis febris , semper ferè lethalis. Negare verò haud possum , me bis , non in meis , sed aliorum ægris , vidisse petechialem febrem coincidentem cum Variolosâ artificiali , & quidem in infantibus quorum sanitas ante Insitionem perfectissi-

que de savoir quelle espece de remedes la maladie exige. Je ne négligerai pourtant pas l'opération manuelle, mais je proposerai la plus simple.

Si cette dissertation mérite vos suffrages, ils me flatteront infiniment; sinon, je me rendrai du moins le témoignage d'avoir travaillé pour le bien public.

PREMIERE PARTIE.

AVANTAGES DE L'INOCULATION de la Petite-Vérole.

§. I. **P** L U S les grains de la Petite-Vérole sont nombreux, plus la maladie est dangereuse. Cette vérité a fait distinguer par tous les Médecins deux especes de Petite-Vérole; l'une discrete, & l'autre confluente; la premiere bénigne, & la seconde très-gravé. On a encore considéré la différence des boutons: on a trouvé un caractère plus louable dans ceux qui sont gros & remplis d'un pus blanc; au contraire, on a regardé comme malins ceux qui sont petits, ichoreux, cristallins, gangréneux, sur-tout s'ils sont accompagnés de pétéchies. On voit en effet que les Petites-Véroles de cette nature sont ordinairement suivies de la gangrene & de la mort, & qu'après la mort même, tout le corps se couvre de taches livides.

Je n'ai pu concevoir jusqu'à présent, comment le virus variolique provoque si souvent les pétéchies & une fièvre excessivement putride. Malgré l'extrême différence entre les deux especes de virus & de fièvres, rien de si fréquent que de les voir se compliquer dans le même sujet, & le faire périr. Je ne l'ai jamais éprouvé dans mes malades; mais je dois déclarer ici, que j'ai vu deux fois la fièvre pétéchiale coïncider avec la Petite-Vérole, dans deux enfans inoculés par d'autres Médecins, & qui, avant leur inoculation, paroissent jouir de la santé la plus parfaite. J'ai toujours jugé que la disposition prochaine aux pétéchies nous étoit parfaitement inconnue, & mon

B

ina existimabatur. Probabile mihi semper visum fuit, constitutionem illam, quæ petechiis opportuna est, prorsus esse incognitam; contingit enim ut pessimæ sint & fatales in iis, qui per integrum anni decursum nonnisi blandis, atque acescentibus, acidisque alimentis sint usi; qui omnes pisces, carnes, & quidquid pinguedinosum est, vitârunt: econtrario autem, ut in iis qui ad excessum usque, omnis generis carnes comederunt, piscesque devorârunt, atque vinum magnâ copiâ ingurgitaverunt, Variolæ optimæ notæ reperiuntur. Quidquid de alcalinâ, ac acidâ temperatione somniârunt Chemicî, hucusque erroneum videtur! Fateri oportet hâc in re nostram ignorantiam, ceu statuendum hanc temperiem nondum exactè exploratam esse. Id intereâ certissimum est, miâsmâ Variolosum, per se, vel, ut curatius loquar, suâ naturâ, non producere hanc putredinem; nam hâc conditione, in insitivis Variolis constanter adest, quemadmodum in lue bovillâ, Insitione communicatâ, semper febris putrida accenditur, & sæpè æquè terribilis ac lues naturaliter ingrediens armenta.

Non novi à quopiam signis indubitatis dispositionem hanc in corpore latitantem, prævisam fuisse. Id autem evidens est sæpius concomitari Variolâs naturales, rarissimè artificiales.

§. II. Variolæ naturales, maximè in facie, in manibus, & contra omnem theoriam, in iis partibus corporis humani multiplicantur, quæ magis cæteris aerî expositæ sunt, aded ut confluant frequenter in facie, licet super reliquum corpus satis discretæ sint. Arbitratus idcirco sum, attendendum esse ad pustularum numerum, relativè ad superficiem quam occu-

opinion est fondée sur ce qu'elles sont plus dangereuses pour ceux qui n'ont usé pendant toute une année que d'alimens doux, acésçents, ou acides, & qui ont évité avec soin l'usage du poisson, des viandes, & des nourritures grasses; tandis que ceux qui ont mangé de la chair, du poisson, sans distinction comme sans mesure, qui même ont fait des excès de vin, se trouvent avoir la Petite-Vérole la plus bénigne: tant il y a peu de fonds à faire sur ce que les chimistes nous ont débité jusqu'ici de leurs alkalis & de leurs acides! Avouons notre ignorance à ce sujet, ou convenons au moins que c'est un article que l'on n'est pas encore venu à bout d'approfondir. Il y a pourtant un fait certain; c'est que le miasme variolique ne produit pas, par sa nature, cette putridité: autrement on la verroit toujours à la suite de l'Inoculation, comme on voit toujours la fièvre putride se joindre à la maladie des bœufs communiquée par infection, & souvent causer autant de ravages que si la maladie étoit naturelle.

Je ne connois personne qui ait pu prévoir à des signes certains cette disposition prochaine & cachée. Tout ce qu'il y a de sûr, c'est que la Petite-Vérole naturelle est plus souvent accompagnée de pétéchies que l'artificielle.

§. II. Les boutons de Petite-Vérole naturelle sont toujours en plus grand nombre (& cela contre tout principe de théorie) dans les parties du corps les plus exposées à l'air, comme la face & les mains; enforte qu'il n'est pas rare de voir une Petite-Vérole, discrète par tout le corps, être confluyente au visage. Voilà pourquoi j'ai cru qu'il falloit avoir égard au nombre des boutons relativement à la surface qu'ils occupent. C'est une opération impossible dans la maladie naturelle, attendu la quantité prodigieuse des boutons: mais je l'ai toujours faite dans l'artificielle; ne me contentant pas, comme Dimfdale & Watson, de compter en général tous les boutons des malades; mais, calculant les boutons du visage séparément de ceux du reste du corps, afin de pouvoir décou-

pani : quod , propter multitudinem ; ferè impossibile est in naturalibus. Numeravi ideò in artificialibus semper exactissimè , non modò summam pustularum , quemadmodùm Dimisdalius atque Watsonus fecerunt ; sed & speciatim illam faciei , ut detegerem utrùm in artificialibus similis daretur ratio. En tabula ! sed pustulas non attendimus , quæ circa plagas exoriuntur (1) : Eas etiam Watsonus non recensuit.

(1) *Vide tab. primam ; ferè omnes casus , excepto illi infantis.*

(13)

voir si ; dans les deux Petites-Véroles ; artificielle & naturelle , la proportion étoit la même. Voici une table par laquelle on peut en juger ; je n'ai point mis en ligne de compte les boutons qui naissent autour de la plaie (1) ; Watson ne l'avoit pas fait non plus.

(1) Voyez la première Planche, presque tous les cas, excepté celui de l'Enfant.

N ^o .	Super Corpus. <i>Sur le Corps.</i>	In Facie. <i>Au Visage.</i>
1.	29.	6.
2.	29.	8.
3.	17.	0.
4.	12.	0.
5.	250.	50.
6.	1.	0.
7.	41.	9.
8.	18.	2.
9.	152.	35.
10.	70.	30.
11.	21.	4.
12.	11.	4.
13.	258.	55.
14.	100.	45.
15.	46.	22.
16.	50.	14.
17.	3.	2.
18.	4.	2.
19.	50.	14.
20.	43.	4.
21.	34.	3.
22.	10.	5.
23.	258.	55.
24.	109.	45.
25.	764.	236.
26.	17.	2.
27.	6.	0.
28.	3.	1.
29.	4.	1.
30.	43.	7.
31.	19.	6.
32.	71.	10.
33.	11.	1.
34.	27.	3.
35.	2.	1.
36.	240.	60.
37.	5.	1.
38.	8.	1.
39.	312.	78.
40.	1.	1.

40 P. ont eu sur le C. 3147—boutons, au Visage, 823

Omnes simul.
En tout.

1.	35.
2.	37.
3.	15.
4.	12.
5.	300.
6.	1.
7.	50.
8.	20.
9.	187.
10.	100.
11.	25.
12.	15.
13.	313.
14.	145.
15.	68.
16.	64.
17.	5.
18.	6.
19.	64.
20.	47.
21.	37.
22.	15.
23.	313.
24.	154.
25.	1000.
26.	19.
27.	6.
28.	4.
29.	5.
30.	50.
31.	25.
32.	81.
33.	12.
34.	30.
35.	3.
36.	300.
37.	6.
38.	9.
39.	390.
40.	2.
—, — Et en tout , 3970.	

$\frac{277}{7}$ dant 794 : quæ summa satis convenit cum 823 ; ut sensu medico pro eadem haberi queat : & quidem eò magis , quoniam summa decem ægrorum seorsum sumpta similiter $\frac{2}{3}$ dat pro facierum pustulis.

Regula hæc satis constanter locum habet , totius summæ partem quintam faciem corripere. Mirari igitur non oportet in naturalibus Variolis , quæ in univsum centies graviores sunt insitivis , pustulas in facie fore confluentes , quæ discretæ sint in superficie reliquâ corporis. Nam æquabiliter pustulæ per corporis superficiem non sparguntur , sed modo sequenti : faciei scilicet superficies se habet ad illam reliqui corporis ut 1 : 50. Variolæ igitur , ut æquè discretæ sint in facie ac in reliquo corpore , non $\frac{1}{5}$ summæ , sed $\frac{1}{25}$ efficere deberent : id est , ubi omnes simul 1000 faciunt , 20 deprehendi deberent in facie , quæ tamen , juxta datam regulam , ad 200 ascendunt , nempe ad $\frac{1}{5}$ summæ.

Quoniam verò numerus pustularum Variolarum artificialium valdè parvus est , quemadmodum ex Tabulâ patet , ille faciei minor erit proportionaliter ; & rarissime , si unquam , confluent.

Si statuamus numerum pustularum Infectione acquistarum maximum , esse 1000 , & in pessimis confluentibus naturalibus maximum esse 100 , 000 , quemadmodum jure merito statuere licet ; emolumentum Infectionis valdè erit conspicuum. Quadraginta ægri habuere simul 3 ; 970 pustulas , seu unusquisque tantum 100. Potuissèm majorem numerum ægrorum addere , sed , brevitatis ergò , tantum ex observationibus meis 40 deprompsi : non igitur exaggero , si centies leviozem morbum artificialem statuo.

2°. Quoniam in artificialibus æquè atque in naturalibus , constanter $\frac{1}{5}$ pars summæ pustularum faciem

3970 divisés par 5, donnent 794; ce qui se rapporte assez à la somme de 823, & peut, dans le langage de la Médecine, être regardé comme la même chose, avec d'autant plus de fondement, que dix malades, pris séparément, se trouvent avoir au visage le cinquième de la totalité des boutons.

Cette règle est assez constante, que *le cinquième de la totalité des boutons occupe ordinairement le visage*. Il n'est donc pas surprenant que, la Petite-Vérole naturelle étant en général cent fois plus dangereuse que l'artificielle, elle soit si souvent confluyente au visage, en même-temps qu'elle est discrète par tout le reste du corps. Car la quantité des boutons ne fuit point les proportions de la surface qui en est couverte. La surface du visage est à la surface de tout le corps, comme 1 est à 50. Or, pour que la Petite-Vérole fût également discrète, il faudroit qu'il y eût sur le visage, non le cinquième, mais le cinquantième de la totalité des boutons; c'est-à-dire, vingt sur mille: cependant sur mille boutons de Petite-Vérole, il y en a ordinairement deux cents au visage; ce qui, suivant la règle que nous venons de donner, est réellement le cinquième de la totalité.

Par une conséquence nécessaire, le nombre des boutons dans la Petite-Vérole artificielle étant infiniment moindre par tout le corps, comme on peut le voir par la Table, on n'en aura jamais que très-peu. Il est même presque impossible qu'elle y devienne confluyente.

La Petite-Vérole artificielle peut donner, dans les cas extraordinaires, tout au plus mille boutons, tandis que les Petites-Véroles naturelles de la pire espèce en donnent jusqu'à 100, 000. Quelle prodigieuse différence! Quarante Inoculés n'ont eu en somme que 3, 970 boutons, c'est-à-dire cent, l'un portant l'autre: j'aurois pu compter plus de malades; mais, pour abréger, je me suis borné à quarante, que j'ai suivis & observés avec attention. Je n'exagérerai donc point, quand, pour cet article, je donnerai à la Petite-Vérole artificielle cent degrés de préférence sur la Petite-Vérole ordinaire.

2°. Comme c'est une règle invariable que le cinquième de la totalité des boutons occupe le visage dans la Petite-Vérole, tant naturelle qu'artificielle, il est inu-

occupat; patet frustra remedia (de quibus in alterâ Sectione fusiùs agam) ad diminuendas pustulas in facie , adhiberi , venæsectionem scilicet , pediluvia , epispastica , &c. Imminuenda est summa : quod non nisi Inflatione hucusque fieri potuit , unde hujus methodi præstantia clarissimè liquet.

§. III. Omnes Medici , inter quos Rhases , Sydenhamus , Meadius , Huxhamus , alique eminent , faciei intumescantiam , quæ septimo vel octavo die , & manuum , quæ nono vel decimo die post eruptionem observatur , atque illam pedum , criticam habuerunt , aded ut Sydenhamus maximam spem salutis in eâ statuât ; quamquam non modò Meadius sed & nos sæpius viderimus morientes eâ ipsâ sub conditione , id est , eo tempore quo facies maximè tumeret.

Re exactius examinata , opinati sumus nullo modo esse criticam , sed proportionalem numero pustularum ; in Inflatione igitur faciei tumor rarissimus erit , neque unquam conspicietur , nisi 50 ad minimum ventur , atque etiam tum modica erit. In manibus & pedibus ided minor , quia pustularum numerus relativè ad superficiem minor est. In his etiam tardius incipit ; non quia materies critica priùs caput , dein extrema infestat ; sed quia eruptio faciei illam manuum præcedit , & hæc pedum.

Ubi tantùm una , vel quinque , vel decem pustulae in facie dantur , quemadmodùm in artificialibus frequenter accidit , nulla omnino intumescantia , neque in facie , neque in reliquis partibus continget. Unde concludere licet intumescantias has non esse criticas , sed veras sequelas inflammationis cutis & panniculi adiposi. Si enim criticæ essent hæc inflationes ; eò insigniores essent , quò minor esset copia pustula-

tile de chercher des remèdes propres à en diminuer le nombre dans cette partie, tels que les saignées, les bains des extrémités inférieures, les épispastiques, &c. dont je parlerai d'une manière plus détaillée dans ma seconde Partie. Le seul remède, c'est de diminuer la totalité des boutons. Or, on n'a trouvé jusqu'à présent d'autre moyen d'y réussir, que l'Inoculation; & c'est en quoi les avantages de cette méthode sont évidents.

§. III. Tous les Médecins, & sur-tout Rhasès, Sydenham, Mead, Huxham, pensent que l'enflure du visage & celle des mains qui se manifestent dans les malades, l'une le septième ou huitième jour, & l'autre le neuvième ou le dixième, sont critiques; Sydenham imagine même que c'est une crise salutaire: cependant Mr. Mead & moi avons vu mourir des malades, dans le plus fort de cette crise, c'est-à-dire, au moment où ils avoient la tête plus enflée.

Un examen réfléchi nous a découvert que cette enflure n'étoit nullement critique, mais seulement proportionnée à la totalité des boutons. C'est par cette raison que, dans la Petite-Vérole artificielle, cette enflure de la tête est très-rare; il faut qu'il y ait au moins cinquante boutons pour la produire, encore n'est-elle presque pas sensible. Elle l'est bien moins aux mains & aux pieds, parce que le nombre des boutons n'est pas en ces parties proportionné à la surface, comme dans le reste du corps. L'enflure ne gagne même ces extrémités que plus tard. Or, on ne dira pas que c'est la crise qui commence par la tête, & qui se développe ensuite dans les autres membres; mais plutôt que l'enflure suit l'éruption, & qu'en conséquence, elle gagne le visage avant les mains, & les mains avant les pieds.

Lorsque le visage n'a qu'un, cinq, ou dix boutons, comme il arrive ordinairement dans la Petite-Vérole artificielle, il n'y a d'enflure ni au visage ni aux autres parties: d'où il suit que cette enflure ne fait point crise, mais qu'elle est une suite réelle & nécessaire de l'inflammation de la peau & du pannicule adipeux. Si l'enflure étoit critique, elle seroit en raison inverse du nombre des boutons; ce qui est contraire à l'expérience. Il faut dire la même chose de l'affoupissement qui est toujours proportionné à l'enflure, & qui n'attaque jamais les

rum, & vice versâ : quod tamen neutiquâm contingit. Idem de sopore censendum, qui semper hujus inflationis rationem sequitur, & nunquam deprehenditur in insitivis Variolis, nisi ubi, propter numerum, magna intumescencia faciem obtinet.

§. IV. De salivatione simile judicium ferendum ; licet ex duplici causâ oriatur : ex universali capitû intumescentiâ, quâ parotides, submaxillares & sublinguales glandulæ simul afficiuntur, atque ex pustulis fauces, linguam, palatum ac gingivam obsidentibus. In quo ultimo casu salivatio valdè salutaris est : nam affluxu copiosioris salivæ emolliuntur hæ partes, æquè atque oculus inflammatione correptus lacrymis, ac nares mucos.

Hæc ratio est cur à Meadio (1) in adultis salivatio primis diebus post eruptionem salutaris statuatur, in infantibus verò, quia rarissimè expuunt, potius in salutarem abire diarrhæam. Credibile tamen mihi videtur infantes expuitioni non assuetos, deglutire salivam.

Quoniam in insitivis, ubi paucæ vel nullæ pustulæ sunt, nulla salivatio observatur, evidens est salivæ secretionem nullo modo esse criticam, sed occasionalem, ex duabus his causis oriundam.

Salivæ igitur copiam nullis remediis imminuere poterimus, sed Inoculatione temperabimus : quæ idè quoque naturali Variolarum invasione erit optabilior.

§. V. Variolæ naturales non modò descriptis §. 1, 2, 3, 4, symptomatibus ægros excruciant, sed & faucium inflammationes & tussim efficiunt, præsertim 7°, 8°, vel 9° die post eruptionem ; quæ omnia etiam in discretis locum habent, ubi multæ pustulæ faciem ac fauces occupant. Omnis harum partium inflammatio passiva est, seu sequela pustularum : om-

(1) *The Medical Works of R : Mead.* Lond. 1762, in-4°. pag. 334.

malades dans la Petite-Vérole artificielle , excepté les cas où le nombre des boutons est assez considérable pour faire enfler le visage.

§. IV. Il en est de même de la salivation ; malgré les deux causes qui la produisent : savoir ; 1^o. L'enflure totale de la tête , qui attaque les glandes parotides submaxillaires & sublinguales : & 2^o. les boutons qui infectent la gorge , les glandes , le palais , & les gencives. Dans ce dernier cas , rien de si salutaire que la salivation , si elle est copieuse : les parties en sont aussi soulagées que le sont ordinairement le nez par l'écoulement des mucosités , & les yeux par celui des larmes.

Voilà pourquoi Mr. Mead (1) pense que la salivation dans les premiers jours est salutaire aux adultes ; & que comme les enfans crachent plus rarement , cette excrétion se convertit chez eux en une diarrhée qui leur fait autant de bien. Pour moi , j'imagine que le peu d'habitude qu'ils ont de cracher leur fait alors avaler la salive.

Comme dans les Petites-Véroles artificielles , où il n'y a que très-peu ou point de boutons , on n'observe jamais de salivation ; il est évident que la salivation n'est jamais critique dans la Petite-Vérole , mais seulement un effet nécessaire des deux causes que nous avons assignées.

Il ne s'agit donc pas de chercher à diminuer la salivation , mais seulement à la prévenir par la Petite-Vérole artificielle , qui aura encore cet avantage au-dessus de la Petite-Vérole spontanée.

§. V. Les inconvéniens ordinaires de la Petite-Vérole naturelle , sont (outre les symptômes que nous avons décrits dans nos 1 , 2 , 3 & 4 Paragraphes) l'inflammation de la gorge & la toux , qui viennent tourmenter les malades , sur-tout 7 , ou 8 , ou 9 jours après l'éruption. Les Petites-Véroles , même discrètes , n'en sont pas exemptes , lorsqu'il y a beaucoup de boutons au visage ou à la gorge. Cette inflammation est purement passive , & dérive nécessairement de la multitude des boutons :

nis tuffis signum pustulas intrâ asperam arteriam sedem fixisse.

Hæc valdè molesta sunt, præcipuè pusillis; in infantiis rarissimè ulla inflammatio aut tuffis, nisi ubi plures linguam, fauces, vel asperam arteriam occupant, uti aliquando; licèt rariùs, contingit; sed non tam diu durant. Quoniam nonnisi Infectione numerus pustularum, etiam in his partibus, imminui potest, patet faciliè, inde omne emolumentum ac solatium adesse.

§. VI. Multi etiam Medici judicârunt per urinas materiem morbosam expulsam iri; quapropter criticas habuerunt, licèt nullibi majorem quàm in hæc re inconstantiam observaverim. Nam in aliquibus 5°, 6°, vel 7° die urinam Variolosam deprehendi, in 10° ac 11° die, etiam 12° post Infectionem, aded ut aliquando, per integrum morbi decursum, maneret turbida, donec laberentur pustulæ. In uno ægro pelluciditatem naturalem retinebat lotium ad tredecimum diem, licèt octavo febris, & nono eruptio adfuerit. In aliquibus urina turbida, pellucida, & vicissim varia erat.

Sedimentum seu hypostasis non erat in ratione directâ pustularum, neque in ratione inversâ, id est paucis pustulis major turbulentia non aderat, neque etiam è contrario. Etiam pro majori excretionem hujus materię, ægri non meliùs valebant. Unde concludo, non esse criticam materiem, sed huic morbo peculiarrem, cujus præsentia, absentia, aut copia, nullum pravum aut bonum signum exhibet. Dat tamen signum certissimum, Infectionem benè cepisse, etiam si nulla pustula conspiciatur.

Singularis fuit casus juvenis, cui per tres dies rigor, ac lumborum intolerabilis dolor aderat, qui durabant, donec eruptione paucarum pustularum, leva-

La toux est de même un signe infallible qu'il y a des boutons dans la trachée-arrère.

Ces deux accidens sont très-incommodes, sur-tout pour les enfans. La Petite-Vérole communiquée par l'Inoculation produit rarement l'inflammation ou la toux, excepté dans les cas très-rares, où quelques boutons sont répandus sur la langue, dans la gorge, ou dans la trachée-artere : encore dans ces cas le mal en question n'est-il pas de longue durée. Or, comme il n'y a que l'Inoculation qui puisse en diminuer la cause, en diminuant le nombre des boutons dans lesdites parties, il est clair que voilà un autre avantage bien consolant qu'elle nous procure.

§. VI. Il y a des Médecins qui ont pensé que la matière morbifique étoit chassée par les urines, & qui, en conséquence, ont rangé celles-ci au nombre des crises. Je dois avouer que c'est un des cas où j'ai éprouvé le plus d'incertitude. Dans quelques-unes des Petites-Vérolés que j'ai traitées, l'urine ne commençoit à être varioleuse que le 5e, le 6e, & même le 7e jour après l'éruption; quelquefois même elle ne paroïssoit l'être que le 10e, 11e, ou 12e jour; quelquefois j'ai vu l'urine trouble pendant tout le cours de la maladie, jusqu'à la chute des croûtes: une seule fois l'urine a resté limpide jusqu'au 13e, quoique la fièvre eût paru le 8, & que l'éruption se fût manifestée le 9. Quelques malades rendoient des urines alternativement troubles & limpides.

Je n'ai jamais vu que le sédiment des urines fût en raison directe, ou en raison inverse, du nombre des boutons; c'est-à-dire, qu'un petit nombre de boutons produisit une grande limpidité dans les urines, ou au rebours, &c., ni qu'une sécrétion plus abondante de la matière varioleuse par la voie des urines, contribuât au meilleur état du malade: d'où je conclus que la matière qui se remarque au sédiment des urines, n'est nullement critique, mais seulement particulière à la maladie; en sorte que, ni sa présence, ni son absence, ni sa quantité plus ou moins considérable, ne peuvent jamais être un bon ou un mauvais signe. Toute la certitude qu'elle peut nous donner, c'est que, dans l'Inoculation, la Petite-Vérole a pris, quand bien même il ne paroîtroit aucun bouton.

Un jeune-homme a présenté un cas assez extraordi-

retur. Urina toto eo tempore pellucida manserat, neque turbida ac variolosa evaderebat, nisi postquam per eruptionem omnia sedata erant symptomata.

§. VII. Febris secundaria, quæ putrida, seu febris maturationis à Sydenhamo, suppurationis ab aliis vocatur, in optimo Variolarum genere, die undecimo post eruptionem, in mediocriter maligno die 14^o, in pessimo verò 17^o die se manifestat. Hæc in univèrsam ab omnibus practicis puri resorpto adscribitur, præsertim ei quod sub Variolarum crustis colligitur.

Hæc materies febrim accendit vehementem sæpè, atque simul novas producit pustulas variolosas, quæ *Serotinæ* dicuntur, & per univèrsam corpus morbum, veluti de novo, efficiunt: sæpè in internis visceribus tragœdiam ludentes, abcessus varios, phthisin & mortem producant. Hæc super corneam, quod ipsâ morte in pauperibus tristius est, cæcitatem inducunt, vel unum ex oculis destruunt vel utrumque, vel ita deturpant, ut macula opacissima, seu staphyloma, corneæ pulchritudinem & nitorem adimat.

In naturalibus Variolis igitur hæc febris, quia perpetua est, atque de novo aliquot pustulas producit, semper periculosa censenda est, & præcipuè visus terribilis, quia oculi, maximè in discretis, hæc febre afficiuntur.

Omnes Medici celebres, Sydenhamus, Meadius, & F. Home, frustra conati fuere avertere hæc nova symptomata, tum venæ sectione, tum purgantibus, vel utrisque simul, quemadmodum Sydenhamus, qui prius venam secandam, & non nisi 13^o die post eruptionem purgans exhibendum

naire. Pendant trois jours, il fut attaqué d'une roideur de membres, & de douleurs de reins insupportables, qui ne furent terminées que par l'éruption de quelques boutons. Pendant tout ce temps, son urine avoit été fort claire, & la matiere variolique ne commença à la rendre trouble, que quand l'éruption eût fait disparoître tous les symptômes.

§. VII. La fièvre secondaire, appelée fièvre putride ou de maturation par Sydenham, & par d'autres fièvre de suppuration, se manifeste dans l'espece de Petite-Vérole la plus bénigne le 11e. jour après l'éruption: dans l'espece moyenne, le 14e. jour: & le 17e. jour seulement dans l'espece la plus maligne. Tous les Praticiens, en général, attribuent cette fièvre à la rentrée du virus, sur-tout de celui qui se trouve sous la croûte des boutons.

Ce virus cause souvent une fièvre très-violente, & occasionne même de nouveaux boutons, que l'on appelle *Boutons tardifs*; c'est une espece de seconde maladie qui attaque toutes les parties du corps. Souvent le mal se déploie dans l'intérieur, & alors les suites de ses ravages secrets, sont les abcès dans différentes parties, la phthisie, & la mort. Souvent les suites extérieures en sont plus funestes encore, sur-tout aux pauvres; je parle de l'épaississement de la cornée, qui prive quelquefois d'un œil, & quelquefois de tous les deux, ou y laissent des taches hideuses, des staphylomes, qui, ternissant l'éclat de cet organe, en affoiblissent encore l'usage.

Dans la Petite-Vérole naturelle, cette fièvre, à raison de sa continuité, & des nouveaux boutons qu'elle produit, est toujours dangereuse. Elle doit sur-tout faire appréhender pour la vue du malade, attendu que ce sont les yeux qui en sont le plus affectés, particulièrement quand la Petite-Vérole est discrete.

Tous les grands Médecins, Sydenham, Mead, F. Home, ont tenté vainement de prévenir ces nouveaux symptômes par la saignée, ou par les purgatifs, ou même par les deux voies. Sydenham veut, par exemple, que l'on saigne d'abord le malade, & qu'on ne le purge que treize jours après l'éruption. Mr. Home observe que, ni la purgation, ni la saignée, n'ont pu soulager les

D

esse censet. Cl. Home observat neutrum profuisse militibus Britanniae, dum anno 1747, in Hollandiâ, hoc contagio corripiebantur.

Igitur, si, quamdiu Variolæ in Europâ cognitæ fuerunt, nullum specificum excogitatum fuit; si per octo sæcula, quibus duravit hæc pestis, nullo remedio symptomata hæc lenire valuerunt Medici; quid, quæso, sperandum nobis? Quid posteris nostris? Ad Infectionem, veluti ad sacram anchoram, confugiendum; quia pustularum numerus eâ valdè minuitur, & secundaria febris non nisi rarissimè eam insequitur. Imò adedò rara est, ut præcipui in hac arte viri, inter quos Dimsdalius & Watsonius recensendi, de hac febre secundariâ omninò fileant, aliique acriter defendant numquam observatam fuisse.

Errant autem quammaximè: fateri enim non piget me ter eam observâsse in centum ægris, à me uno anno inoculatis. Sine ullâ pravâ sequelâ in duobus adultis, foeminâ ac viro, sedata fuit, licèt satis multas pustulas produxerit hæc secundaria febris: verùm puellam octo annorum, asthmaticam, terribiliter exagitavit, propellens per universum corpus non modò per multas pustulas, sed unam super oculi dextri corneam, cum inflammatione vehementi, quæ, nullis auscultans remediis, diu duravit, & nephelion seu maculam super corneam reliquit, quæ tamen visum non impedit.

Notatù dignum est, tres illos ægros, ex diversis familiis, idem habuisse temperamentum, & per multas variolosas pustulas, quemadmodùm prædixeram. Concludo febrem secundariam in infectivis esse possibilem, sed rarissimam. Fortè in mille vix decies contingit, quamquam in naturalibus semper oboritur. Est igitur & hoc egregium emolumentum, quo præ naturalibus artificiales militant.

s. VIII. Bis tantùm oculum inde inflammatum

Soldats Anglois; lorsqu'ils furent attaqués de la Petite-Vérole, en Hollande, en 1747.

Si, depuis huit siècles que la Petite-Vérole est connue en Europe par les fureurs qu'elle ne cesse d'y exercer; on n'a pu encore trouver aucun remède capable de diminuer l'horreur des symptômes qui l'accompagnent; que nous reste-t-il à nous & à nos descendans? L'INOCULATION. C'est notre unique ressource, & en même-temps une ressource assurée, puisque, non-seulement elle diminue le nombre des boutons, mais qu'elle prévient encore la fièvre secondaire dont nous venons de parler. En effet, cette fièvre est si rare dans la Petite-Vérole artificielle, que quelques Auteurs du premier mérite, comme Dimfdale & Watson, n'en parlent point du tout, & que d'autres ne craignent point d'assurer qu'elle ne s'est jamais montrée.

Mais c'est une erreur de leur part. Je ne rougis point d'avouer ici, que, sur cent malades que j'inoculai une année, j'ai eu trois fois à traiter cette fièvre. Deux adultes, un homme & une femme, n'en éprouvèrent aucune suite fâcheuse; mais une petite fille de huit ans, précédemment asthmatique, en fut cruellement tourmentée; elle eut par tout le corps une quantité prodigieuse de boutons tardifs, dont un se jeta sur la cornée de l'œil droit, y causa une violente inflammation qui résista long-temps à tous les remèdes, & finit par laisser un nuage ou tache, qui heureusement ne détruisit pas la vue.

Il est bon de remarquer que ces trois malades, de familles différentes, avoient le même tempérament: aussi eurent-ils pareillement un grand nombre de boutons, comme je l'avois annoncé d'avance. Je conclus donc que la fièvre secondaire, dont la Petite-Vérole naturelle n'est jamais exempte, est, dans l'Inoculation, un de ces cas extrêmement rares, qui ne se rencontrent pas dix fois en mille. C'est donc encore un très-grand avantage que présente la Petite-Vérole artificielle.

§. VIII. J'ai vu, deux fois seulement, des taches sur-

Dij

fuisse maculâ , nullum oculum indè destructum novi. In omnibus qui insitionem passi sunt , nullum novi integræ cæcitatæ exemplum : cum è contrario milleni homines variolis naturalibus visum deperdunt , præcipuè infantes , in quibus tamen , si theoria plurimorum locum haberet , propter humores nondum scorbuto aut venereâ labe corruptos , omninò non contingere deberet. Per omnem Europam hujus veritatis millena deploranda exempla prostant. Non modò in celebrioribus urbibus , Parisiis , Londini ; sed ruri ubique eleemosynis aluntur hi infelices , qui , licèt vivant , reliquis tamen fociis graves esse solent , quoniam pro iis victus quærendus est. Superat igitur insitio naturalem ingressum Variolarum , præsertim hoc admirabili emolumento , quòd homini lumina non destruat.

§. IX. Taceo suppurationes acerrimas , quas sub cute , in articulis , ac sæpè in cartilaginibus producit : mitto Phthises lentè fatales , & asthmata perpetua , quæ naturales variolas toties insequuntur. Transeo abortus varios , quos fecerunt Variolæ naturales. Numquam horum quidquam post Inoculationem fuit observatum ; numquam caries , vel spina ventosa ; numquam abortus : nam Dimsdalius meretriculis , quæ celârant graviditatem (1) spe abortiendi , Insitionem administravit , absque ullâ pravâ sequelâ. Etiam partus inde non fuit acceleratus , licèt prægnans septimo mense impleto inoculata fuisset ; peperit enim justo tempore (2).

§. X. Emolumentum insuper haud mediocre est , quòd , licèt Insitione plures pustulæ producantur , tamen numquam confluant , & semper ità labantur pustulæ , ut nulla nota fœda remaneat. Quot-non

(1) *The present Method of Inoculating for the small Pox* , 3^e. édit. 1762 , pag. 21.

venir aux yeux , à la suite de leur inflammation ; mais je n'ai jamais entendu dire qu'aucun inoculé eût perdu les deux yeux ou même un seul. Au contraire , dans la Petite-Vérole naturelle, rien de si commun que de voir les malades privés de la vue , sur-tout dans l'enfance. C'est pourtant alors que le cas devoit être le plus rare , puisque la théorie nous apprend que les humeurs ne sont encore viciées par aucun virus , soit scorbutique , soit vénérien. Les exemples n'en sont malheureusement que trop communs dans toute l'Europe. Les grandes villes , comme Paris & Londres , ne sont pas les seuls endroits qui nous étalent cet affreux spectacle : nos regards en sont affligés jusques dans les Campagnes , où ces tristes victimes ne conservent leur vie , que pour être à charge aux autres habitans , obligés de sacrifier pour elles une partie de leur travail & de leurs sueurs. Nouvelle raison de préférer à la Petite-Vérole naturelle , une méthode admirable qui assure aux hommes la conservation de leur vue.

§. IX. Je ne parle point ici de ces suppurations très-âcres que la Petite-Vérole produit sous la peau , dans les articles ou jointures , & souvent dans les cartilages même. Je passe sous silence tant de phthisies lentes & mortelles , tant d'asthmes incurables , tant de fausses-couches , occasionnées par la Petite-Vérole ordinaire. Jamais l'Inoculation n'a eu de semblables suites : jamais elle n'a produit , ni carie , ni *spina ventosa* , ni fausse-couche. Des filles enceintes , qui , pour se procurer l'avortement , avoient caché leur grossesse à Mr. Dimdale (1) , en se faisant inoculer par lui , ne purent venir à bout de ce cruel projet ; leur accouchement n'en fut pas même accéléré : l'une d'entr'elles , quoiqu'à son septieme mois , lorsqu'elle fut inoculée , n'accoucha pourtant qu'au neuvieme (2).

§. X. Un avantage encore qui mérite bien d'être apprécié ; c'est que , malgré le grand nombre de boutons que l'Inoculation fait quelquefois sortir , jamais cependant la Petite-Vérole n'est confluyente , & que la chute des croûtes en est si facile & si bénigne , que jamais il n'en reste la moindre tache. Combien la Terre entière ne nous offre-t-elle pas de ces objets hideux & effrayans ,

(2) *Ibid.* pag. 22.

videmus ubique ferè terrarum, quorum facies horrorem incutit! Quorum palpebræ everſæ, ſeu ectropio deturpatæ! Quorum naſus abſumptus, vel nares clauſæ! Quorum labia monſtroſa ſunt! Quot-non formoſæ puellæ infelicem ſuam ſortem, Variolarum flagello horribili unicè adſcribendam dolent! Quot-non nuptæ mulieres! Concludamus: etiãſi Amori fatales non eſſent Variolæ, nonne propter generis humani pulchriorem formam ſervandam, *Inſitionis Deæ* templa & altaria, nonne ſacrificia & vota conſecranda eſſent? Ita Gentiles feciſſent: verùm nos, Evangelio gaudentes, nonne ſummo rerum Creatori gratias agere oporteret, propter ingens illud nobis datum beneficium? Non ingrati fuère mei concives: vota publica fecère; & Sacerdotes feſtis diebus ſummi & Triuni Deo publicè in Templis gratias egerunt.

§. XI. Sinite, VIRI ILLUSTRISSIMI, ut hoc ultimum argumentum addam. Variolæ naturales, quidquid aliqui clament inoculatores, certocertius aliquando, licet rariffimè, bis eundem invadunt hominem. Saltem aliqui fide digni viri, ac Medici excellentiffimi, poſſibilitatem exemplis confirmârunt.

Interim in tam ingenti numero, hodie in Europâ ſolâ ultra 100,000 aſcendente, nullum hucusque propoſitum fuit exemplum, hominem cui Variolæ inſitione fuerant communicatæ, etiãſi ſine eruptione morbus progreſſus fuerit, bis, licèt omnibus periculis expoſitum, iis affectum fuiſſe. Nolo lites inter egregios Medicos de Haen & Tiffotium renovare; certum eſt, ſi Anti-Inoculatores unicùm exemplum noviffent, totam Europam reſonâſſe, atque atro hoc carbone notatum fuiſſe divinum illud præſidium.

§. XII. Si tandem verum eſt, quod à celeb.

